



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Lingua, Os, Labia, Genæ, Collum.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

*Libani, qua respicit Damascum. Cant. 7. Sublongus rectus & acuto præditus olfactu, per quod innuitur sagacitas & solertia in detegendis & præcavendis hostium insidiis. Hanc habens Clientibus suis est pro tublimi & fidâ speculâ. Sicut Judæis spectabilis erat illa turris in altissimo monte Libani erecta, quæ respicit contra Damascum. Unde Judæorum speculatores statim renuntiabant, si quid novatum rerum à Syris juratis Judæorum hostibus tentaretur. Nolite nocere terra & mari, quoad usque signemus servos Dei in frontibus. Apoc. 1.*

*Lingua, Os, Labia, Gena, Collum.*

**P**ronuntiabit lingua mea eloquium tuum, quia omnia mandata tua æquitas. Ps. 118. Linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia, & seras. Verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectos, & attende, ne fortè labaris in lingua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi. Eccli 28. Indisciplinata loquela [garruendo quid pro quo] non assuescat os tuum; est enim in illa verbum peccati. Eccli 23. Sive in multiloquio non deerit peccatum. Prov. 10. Mors & vita in manu lingue, qui diligunt eam, comedent fructus ejus. Prov. 18. Percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum ejus interficiet impium. Il 11. Christus Antichristum. Eructabant labia mea hymnum; cum docueris me justificationes tuas. Ps. 118. Os meum aperui, & atraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam. Ibid.

Ibid. *Vocem meam audi secundum misericordiam tuam Domine, & secundum iudicium tuum vivifica me.* Ibid. Certè vivet in gratia; qui has duas infinitas divinas perfectiones semper habet ante oculos misericordiam & iustitiam infinitam. *Vocem meam ad Dominum clamavi, voce meam ad Deum, & intendit mihi.* Pl. 76. *Ambulaverunt extento collo.* Il. 3. rebelles Deo. *Solve vincula colli tui captiva Filia Sion.* Il. 52. Peccatrix anima iugo Dæmonis subjecta. *Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, expedit ei, ut suspendatur molâ asinariâ in collo ejus, & demergatur in profundum maris.* Matth. 18. *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus; faciem meam non averti ab increpantibus, & conspuentibus in me.* Il. 50. Hæc pro te Christus. Quid tu quoad corporis membra pro Christo? vel quid non potius pro Diabolo, pro vanitate? fucatis artibus quærens pulchritudinem faciei genarum.

*Caput, Cor.*

**C**aput & cor primariæ sunt sedes animæ, ut ratiocinari & vivere possis. Ità tamen limitata est racionatio tua; ut non capias, quomodo vivas & ratiocineris; qualis sit compaginatio aut compositio cerebri tui; quomodo per sensus externos & phantasiam fabricentur species in intellectu, in quo vis intellectiva & rememorativa consistat. Quid sit incompletus spiritus anima tua. Imò ut ne quidem scias, an